

1693. 1694 Neapoli
in museo.

1693 ab una parte:
basilicam alexandrianam Barbarorum
incurione fœdatam salvis d d n n n
theodosio et arcadio et Eugenio p. C. 393
inuitissimis principibus

1694 ab altera:
basilicam alexandrianam ad gratiam splendoremque
ciuitatis puteolanae extructam exornatamque
DEDICAVIT FAVIUS PAVLUS
philus u. c. agens vices praef. praet. et urbi

Recognovi. Fiorelli cat. n. 711; I. B. de Rossi Bull. cristiano 1868 p. 66 dedit ligno expressam.

Demonstravit Rossius in priore, cum 3 fin. E littera certa sit, significari Eugenium Theodosii adversarium, quo devicto inscriptio haec sublata est et in eius locum altera substituta, quam nomina habuisse Theodosii Arcadii Honorii efficitur collata n. 1692.

1695 [= 2503] basis rescripta, cuius parte altera legitur titulus vetustior n. 1655. Rep. 1846 Puteolis ad ingressum oppidi in villa Carditi et statim illata in museum Neapolitanum.

MAVORTII

Q · FLAVIO · MAESIO · EGNATIO
LOLLIANO · C · V · Q · K · PRAETORI · VR
BANO AVGVRI PVBLICO POPVLI
5 ROMANI · QVIRITIVM · CONS · ALBEI
TIBERIS · ET · CLOACARVM · CONS · OPE
RVM PVBLICVM · CONS · AQVARVM
CONS CAMPANIAE COMITI FLAVIALI
COMITI-ORIENTIS · COMITI PRIMI ORDINIS ET
10 PROCONSVLI PROVIN CIAE AFRICAE
REGIO PORTAE TRIVMPHALIS PATRONO DIGNISSIMO

Descripti et recognovi. Scherillo misit Gervasio Puteolis 11 Mai. 1846 (epp. ms. XV); Avellino Bull. Nap. a. IV p. 74; Gervasio *Mav. Loll.* p. 41; Fiorelli cat. n. 704 b. Henzen 6481.
7 fuit PVBLICVM, sed VM deletum est.

1696 [= 2502] basis alta palm. 5 reperta una cum statua sua viri togati alta palm. 9 extra Puteolos 1704 m. Febr. pone hortos Petri de Toledo (qui dicuntur *la Malva*), cum ibi aedificabatur ecclesia AVVISI similiterque PARR. MONTF.; extat ibidem in foro.

MAVORTII

Q · FLAVIO MAESIO EGNATIO LOLLIANO C · V
Q · K · PRAETORI · VRBANO AVGVRI · PVBLICO · PO
PVLI ROMANI · QVIRITIVM · CONS · ALBEI TI
5 BERIS · ET · CLOACARVM · CONS · OPERVM PVBLI
CVM CONS AQVARVM CONS CAMP COMITI
FLAVIALI COMITI ORIENTIS COMITIS PRIMI
ORDINIS ET PROCONSVLI PROVIN CIAE AFRICAE
COLLIGEVS DECATRESSIVM PATRONO DIGNIS
10 SIMO POSVERVNT

Descripti; lapis est rescriptus et apparent vestigia quaedam inscriptionis antiquioris. *Avvisi di Napoli* 19 Febr. 1704 p. 57; Parrino *nuova guida de' forastieri* (Neapoli 1709. 8) p. 47; Montfaucon cod. S. Germ. 1293 f. 122; Mur. 702, 2 e schedis Gasparis Beretti et Montfauconii; Romanelli *viaggio* 2, 244; Osann *syll.* p. 546. Gervasio peculiarem libellum scripsit *sulla iscr. di Mavorzio* Neap. 1846. 4., in quo exhibuit eam aeri incisam. Ad eandem pertinet commentarius Minervinii *nuove osservazioni intorno la voce Decatrenses* in actis acad. Herculane. vol. 4 part. 1 p. 349—364. Orelli 3162.

1697 [= 2504] basis male scripta et rescripta rep. Puteolis a. 1704 una cum n. 1696 et statua iuvenis togati alta palm. 5. PARR. MONTF. Illata est deinde in museum Farnesianum, nam habet notam FAR legiturque in indice Farnesiano n. 11. Iam Neapoli in museo publico.

MAVORTI · IVN ·

Q · FLAVIO · MAESIO
CORNELIO EGNATIO
SEVERO LOLLIANO
urceus 5 C · P · Q · K · patera
DECATRENSES CLI
ENTES EIVS PATRONO
PRAESTANTISSIMO
POSVERVNT

Descripti et recognovi. Parrino *nuova guida de' forastieri* (Neapoli 1709. 8) p. 88; Montfaucon cod. S. Germ. 1293 f. 122; Mur. 702, 3 e schedis Montfauconii per Bimardum missis; Romanelli *viaggio* II, 245; Gervasio *Mav. Loll.* p. 24. 53; ego Bull. 1847 p. 29; Fiorelli cat. n. 707. Orelli 3163.

Exemplum novicium et contractum eiusdem tituli prostans in eodem museo hoc:

Q · F · MAESIO
EGNATIO · CORNELIO
DEC OLI · EIVS PAT
PRAES POSVERT

quod edidit Gervasio l. c. p. 21, falsum esse demonstravi Bull. l. c. Posuerunt deinde inter falsa Gervasio mem. Herc. 8, 150 et Fiorelli cat. n. 2064.

1698 [= 2636 + 2637] sine dubio Puteolana propter emporium (v. infra). Pars prior Neapoli in aedibus Bernardini Rotae CAP.; *nel palagio de' signori Rota vicino la porta piccola del Regal Monistero di S. Chiara nel portico MAZA*; in aedibus Io. Bapt. Rottae STEPH. Est adhuc in eadem domo, hodie *Pallonetto di S. Chiara* n. 32. Pars altera collocatur parum a Puteolis in monte Neapolim versus AVG.; in via Puteolana (reliqua evanuerunt) FIL.; *en Napoles en una casa al Burgo de Chiaia que haze esquina a la calle que va al convento de S. Teresa de PP. Carmelitas descalcos, y es del mismo convento en el portal esta arrazada una piedra quebrada che parece andava junta con otra y tiene estas letras muy claras, que io copio posando en la misma casa el ano de 1659* HISP.

a	b	c	d
I V S · F R O N T O ·	A E D ·	C V R · D E · S V A · P E C V N I A · F	ecit
D V X I T · V I A M · A · F	O R O ·	V S Q V E · A D · F E I N E S · S T R A V	u
F E C I T · C L E I V O	M · A S	V M M O · A D · E M P O R I V M · S T R A	uit

Priorem partem, scilicet a—c, proponunt Capaccius l. I c. 21 p. 334 (inde Reines. 2, 21; M. H. Maza apud Mur. ms. 21, 231, ed. 2013, 1 (e schedis Mazae per Comum); Stephanonius ms. p. 126 (inde Don. 2, 41); eandem descripsit Colonna. Posteriorem, scilicet b—d, habent Augustinus cod. 3540 f. 3', cod. 3528 f. 20 (ex eo Apianus 126, 6; inde Grut. 159, 10); Filonardianus liber f. 109'; Anonymus Hispanus apud Montfauconium cod. Paris. S. Germ. 1293 f. 170 (inde per Bimardum Mur. 597, 2). Coniunxi ego coniectura.

Titulorum duorum fragmenta sunt, sed quorum alterum alterum expleat. — 'In lapide ab utroque latere fracto' Aug. — 1 IVS Maza Col., TVS Steph., IVLIVS Cap. — EORONTO Steph. — LD Hisp., AE Col. — fin. F Fil., P Hisp., I Aug. — 2 ..RO Hisp. — FEINES · STRAV Hisp., FEINES · TRAV Fil., FINES · STRAV Aug. — 3 FECIT...FECIT Cap. — CLEISOM Steph. — AS.. Maza Steph. Col., om. Cap. — ..M · ASVMMO Fil., ..M · SVMMO Aug., ..VMMO Hisp. — EMPORIV Aug. 3540. — STRA Fil., STR Aug. Hisp.

Cf. Cicero ad Att. 5, 2, 2: *qui potui non videre, cum per emporium Puteolanorum iter facerem?* A summo, id est ab arce, clivum duxisse ad emporium ad id pertingeret situm scilicet in litore, titulus ostendit.